



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Baptistae Mantuani Carmelit[a]e de patientia aurei libri
tres**

Baptista <Mantuanus>

Dauentrie, 1515

Sex caus[a]e flagellorum nostrorum ca.xi

urn:nbn:de:hbz:466:1-30534

Liber Secundus

Et vitia, et clares, damna, et compendia vite

Vulgaris et superstitiosa gentilitas numina quedam aduersa esse credidit, quibus infestandi homines libido insit, et ea esse que Virgilius lena appellauit, his non contradicimus, sed ad orthodoxe fidei regulam reducetes lena hec numina demones nominans nocendi auidos ac nobis infensos et ideo numina dici potest quod habent voluntatem ac potestatem. Numen enim utrumque significat, Si ipsos cum stellis et causis omnibus quas scolas dicunt, sub arbitrio coelis Dei Optimi Maximi, credimus contineri quod et sancti Job testatur historia. Illic namque dicitur potestatem tentantem a Deo datam, nec prius ausum fuisse diabolum, nisi quando etiam tenuis accepit a Deo

De sex cause flagellorum nostrorum

Capitulum xi.

Beatorum vero patrum qui Deo inspirate locuti sunt, sententia est, quatuor de causis fieri, ut homines vite huius angustiis pressi multipliciter flagellentur a Deo. Ego autem sex et amplius causas esse conperio quod sacre scripture testimoniis constat. Quidam namque flagellantur a Deo ut flagitiose vite maculas poenitentia deleant, peccatum enim quod prudentia non cauet, poenitentia delet. Et ipsa ut sancti docent scilicet post naufragium est tabula. Nam cum statim baptizati in riu ecclesie sinu ingredimur qui nos ad coeli portum vehat, nauem iteram? Ecclesia namque nauis est Petri. Si si furentibus tentationum procellis innocentie carina soluta sit. Corripienda est poenitentiae tabula. Cui per vndosum seculi fretum innitentes et si non sicci, viui tamen feramur ad littus, peccati autem remissionem, littus voco. Sed quoniam in his naufragiis quidam, vltimateo stulti sunt ut neque saluari curet, Deus optimus ac piissimus nauarchus eos ut tabulam hanc capiant, verberibus excitat, negligentiam increpat, somnolentiam discutit, et lethargicam ignauiam studet pastor bonus flagris abigere, hanc ob rem populus Hebreus missus est in captiuitatem totiens, totiens incola fuit in terra aliena, et in Aegypto sub Pharaonibus, et in Babylonia sub Assyriorum regibus, ut tot incommodorum malleis attriti, et poenitentiae scobina ac lima expositi

Liber Secundus.

siti sordere desineret. Quod ut ita esse cōperias, lege Judith historiam, vix quid Achior dux Amonitarum Holopherni, de Iudeorum gente cōsultati rēderit. Dixit namque, quociescunq; preter ipsorum Deus suorum alter coluerunt, dati sunt in prędaz, in gladius et in opprobrium, quociescunq; autē penituit eos recessisse a cultura Dei sui, dedit eis Deus coeli virtutes resistendi. Ecce quo pacto alienigenarum quoque testimonio (erat enim Achior alienigena) flagellat homines Deus, ut ad poenitentiam adducat. Nec desunt ad hoc testimonia ex Machabeorum libro que Josephus, is qui antiquitates edidit, cōscripsisse dicit, ait enim. Obsecro autem eos, qui hunc librum lecturi sunt, ne abhorrescant propter aduersos casus. Sed reputent ea que acciderunt, non ad interitum, sed ad correctiones esse generis nostri et enim multo tempore non sinere peccatores eximia agere, sed statim ultiones adhibere, magni beneficii, hec ille. Legimus Attilam Hunnorum regem ferocissimum eorum tantis cladibus vastaret Italiam dixisse, se (quod re vera erat) flagellum Dei esse. Legimus et in recentioribus historiis Lamerlanem Tartarorum (qui Schyter sunt) regem cum rei bellicę successu inflatus. Paciatem Turcorum imperatorem, bello captum quasi feram canem inclusum secum quocunq; castra mouisset circumferret, dicere solitum, se esse dei iram, et orbis vastitatem. Memoria proditum est Hannibalem cum flagranti odio festinaret ad Italiam, apparuisse in somnis serpentes horrendę magnitudinis, quia tergo sequens exercitum nemora et saltus ingenti fragore prosterneret quod aliud erat serpens ille terribilis, quam Hannibal ipse, cuius ministerio volebat deus totius Italie flagitia.

Secunda causa flagellorum

Ca. xij.

O Deus etiam homines non nunquam asperius tractat, non ut peccatorum rubiginem abstergat, quam non habent, sed ne imminente sorte se inquinent, ea diligentia in nos, versus quam nos in seruandis cibis adhibemus, solemus enim carnes quas sumus in plures dies seruaturi, aut sale perfundere, aut aceto immergere, aut frigidissimo in loco suspendere. Solebat etiam antiqui mortuorum corpora myrrha pungere, quoniam his omni-